R. GOSCINNY - A. UDERZO

Asterix

FOSSA ALTA



composuit et pinxit

UDERZO

in Latinum convertit
Rubricastellanus

STUTTGARDIAE SUMPTIBUS EHAPAE


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!

novum periculum Asterigis

Asterix
FOSSA ALTA

composuit et pinxit Uderzo
in Latinum convertit Rubricastellanus



STUTGARDIAE SUMPTIBUS EHAPAE MCMLXXXI




anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit. Neque vita facilis legionariis Romanis, quibus sunt castra bene munita Babaorum, Aquarium, Laudanum Parvibonumque...

QUIDAM GALLORUM...



ASTERIX heros noster est. qui subiit haec pericula. E*i* viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculosa mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...



OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur, dummodo apri et acerrimae rixae appareant.




PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicanis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...




CANTORIX bardus est. Iudicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus...



MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissimus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maiestix nihil timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: „Nondum omnium dierum sol occidit."


viculus quidam Gallicus simillimus illi, quem Asterix habitat, summa pace frui videtur...
...nisi res quaedam mirae fierent. fossa enim alta medium vicum ita dividit, ut nemo ab altera in alteram partem ire possit.
Ventilatorix a sinistra vici parte princeps creatus est.
etsi incolis alterius partis displicet, ego summum totius vici caput sum.
Segregationix autem a dextra vici parte princeps creatus est.
vicus egomet sum!
1





tamen variae ex hac condicione ortae difficultates variis modis expeditae sunt...
incolae autem utriusque partis nulla occasione amissa invices se obtrectant.
PRRRRR! PRRRRR!
...cum quibusdam rebus necessariis remedium adhuc inveniri non posset...
?!
?!
soli liberi ex hac difficillima condicione fructus capere videntur.
non licet! haec arbor mea est!
SCROCC!
quidam vicani, qui neutrius partis esse malunt, ex divisione laborant.
ad mensam!
iam adsum, corcule!
RUMP



in casa Ventilatorigis principis...
age, pater! fac videas, ne quid civitas detrimenti capiat. fossa vicanis res molestissima est.
cuius rei ego causa non sum, Comix, mi fili, sed Segregationix ille proditor, qui vicanos turpissime corrupit, ut saffragio eum adiuvarent!
Acetosige sodali auctore etiam liberos sibi suffragari audacter iussit!
posteri nos iudicantes pulcherrimam de maioribus opinionem habebunt!
ne longus sim, habesne, quid consulas, pater?
habeo, mi fili! vicanos alterius partis appellabo. itaque oratiunculam composui, quae efficiet, ut auriculae eius tinniant!
et in casa Segregationigis principis...
reminiscere, o pater, temporum Asthmatigis principis nostri communis, cum vicani beatissimam vitam agebant!
fabulas narras! ille furcifer Asthmatix vix uno spiritu ducto cum vectigalibus totius vici aufugit!
3A
at omnis miseriae causa Ventilatorix ille furunculus est, qui suffragia mihi iure tribuenda surripuit.
etiam eis, a quibus cooptatus erat, SPQR promisit, i.e. Salaria PublicaQue Remedia. quod nihil quidem est, tamen illos asinos illexit.
recte Rosina iudicat. nobis principe communi opus est, cui muneri tu idoneus es. haec res vicanis alterius partis abs te declarandast!
caput tuum piscosum optime suadet, Acetosix. ego piscator hamo eos captabo.
paulo post...
3B


amici fratresque! coniungamur sub clipeo meo ferreo, aureo argenteoque, qui symbolum est et pacis et industriae et otii solvendi!
ne credideritis verbis Segregationigis, illius lupi sub pelle ovis celati, qui vos nudare vult usque ad pennas cassidis!
redite in patr...
VLAP
haec populus respondet ad irritamenta istius fallacissimi Ventilatorigis, qui turpissimum in modum servire vult nobilitati Romanae immanis regnandi cupiditatis causa!
amici, transgrediamur fossam nos dividentem!
vos exspect...
VLAP
quae cum ita sint, hic et nunc de principatu decertetur, turba ignara!
fiat mea causa! poenam dignam dabitis!
PRRRRRRR!
PRRRRRR!


porro, pueri! confido fortitudini vestrae! demonstrate illis sinistram vici partem meliorem esse!
amici mei! dextra vici pars oculos in vos conversos tenet. istis serpentibus pestiferis instemus!
paulo post...
bene factum, nati! eos nunc rem cognitam habere credo; redire licet!
ah liberi mei, fletum mihi movistis. revertamur. haec res in eorum animis haerebit!
PRRRRRR!
PRRRRRR!


viculus nobis bene notus, qui situs est in alia Galliae parte, bona pace fruitur...
viculus noster toti orbi bene notus bona pace fruitur, quod Romani nobis suscensent, Asterix!
non ita est, Obelix! cavere videntur!
?!
quorsum hoc nescioquo uteris, o Maiestix, princeps noster?
Bo... Bonamea negotiis privatis mihi solvendast, quia hemicrania laborat...
at... at hoc mobile!?
hocne? hac inventione tutus sum ab hisce truncis ex improviso moventibus!
agite, porro, vos inferiores! ex hoc tempore etiam vobis invitis immobilis in clipeo sta...
!
BONG
suspirare
abhorreo a principibus gratis trahendis!
ego equidem principes trahendos ferre noniam possum!
hoc non abhorret a tuis moribus, Maiestix! semper me absente nugas agis!!!


DE
CRUSTATA
noniam principi nostro volvi libet, per Belenum?!
tacedum piscemque mihi cedo! capilli mihi horrent aeris male olentis causa!!!
quid me vis!
volo tibi pugnum in nares impingere, nisi accelerabis!
vide, mi puer, quomodo ferrum candens sit tunden...
TAX
BANG
BANG
...dum...
VLAP
ceterum censeo omnia tundenda esse, priusquam refrigescit!
!
TUX
TAX
VLAP
ne discesseris, Methusalix! sorbitio iam appositast!
paulum me exercere volo, ut cibi cupiditatem excitem!
delirant isti collegae!
TOC
TOC
TOC
TUX
BING
BANG
VLAP
hunc piscem, qui meus non est, tenere nolo! te ientaculum parante ego reportabo ei, cuius est!


DEODORIX CRUSTATA
ad cenam!
ad cenam!
ad cenam!
ad cenam!
ad cenam!
ad cenam!
ad cenam!
ad cenam!
spero nos omnes hic conventuros, ut mensam secundam sumamus, annon?
oro et obsecro, ut me mittas, quod uxor me exspectat!
hos pisces Deodorigis paene dilapsos brevi nemini iam offerri posse credo.


interea...
illa pugna tibi usui non fuit. contra fossam vicanos dividentem altiorem fecit!
rationis civilis atque militaris imperita es, filiola mea! itaque fac te in conclave tuum abdas nosque deliberantes vexare desine!
nonne intellexisti? nisi caveo, illa brevi bracas feret!*
nihilominus concedendumst pugnam hodiernam ad irritum cecidisse!
*adhuc proverbium est
ita est! res tota implicata et perturbata est!
tamen habeo, quid tibi proponam, o Segregationix, princeps noster!
si filiam tuam mihi uxorem spondes, rem omnem tibi explicabo!
quid? quomodo fiet?
legionibus Romanis!
?!?
nonne nugas garris, Acetosix? legionibus Romanis! cur enim me in hac re adiutum veniant?
certe scio, quomodo Romanis castra prope sita habentibus persuadeam. si me rem gerere patieris, brevi princeps totius vici eris!
aegre fero homines alienos imprimis Romanos se negotiis nostris immiscere. ut pacem Romanam fecerint, tamen hostes sunt!
bono sis animo! causa expedita aequis animis in castra redibunt!
res pacta est, Acetosix! confido tibi. sed gener meus non eris, nisi prius unus atque solus princeps vici factus ero!
dictum factum... pater mi!
TOP
dedecet ad solum subauscultare.
ut dedeceat, tamen me certiorem facit!
Vanilla, mea carissima nutrix, fac celerrime Comigem adeas eumque praemoneas de rebus magni momenti. hac nocte me visitet in podio meo.



ubi nox appetit, vicus requiescit.
tempus est dormitum eundi, mi Theorix!
iam adsum, mi corcule!
RUMP
Acetosix Romanos arcessere vult, ut patrem adiuvent, ut toto vico potiatur. pater me vicissim ei uxorem spopondit!
scelerum caput! at cur haec mihi committis, qui alterius partis sum?
quod tu es unum atque solum animal rationale inter tot mente captos quodque ego Acetosigi nubere nolo!
?
!?!
ad arma!
VAP
tune violatus es, Comix?
equidem valeo... examen clupearum me cadentem retardavisse credo!


en ecce, mea ipsius filia cum hoste colludit proditque me sub meo ipsius tecto!
neque meum ipsius patrem pudet Romanos arcessere, ut nostros ipsorum fratres impugnet!
tacedum, filia ingrata! te in conclave tuum includam, quam ea condicione relinques, ut Acetosix te in matrimonium ducat!
numquam me ducet! virgo Vestalis fieri malo!*
*sacerdos Vestae, deae Romanorum.
patientia utamur, Segregationix! quidquid agis prudenter agas et respice finem!
GRNGRNGRNGR
utinam sciam, apud quem auctorem illud scriptum viderim!
Rosina, meae deliciae, velim sedato sis animo. accipe, quaeso, hos flosculos!
pone, quaeso, eos in hoc vasculo!!!
BANG
interea...
expergiscere, pater!
eia! quid hoc sibi vult?
Segregationix Acetosixque, ille canis, in animo habent Romanos arcessere, ut toto vico potiantur!
quae cum ita sint, haec facienda sunt: tibi Maiestix quaerendus est, quocum ad Gergoviam pugnabam!
princeps est vici Aremorici paucorum dierum iter a nobis remoti. potionis magicae Druidae Panoramigis gratia omnes Caesaris legiones exanimavit. explica ei difficultates nostras! eius auxilio mihi opus esse.



paucis post diebus...
quam invideo huius vici incolis vitam tranquillam serenamque agentibus!
VLAP
trunci ignari! in perpetuum pisces non vendam nisi hominibus veri iudicii!
optime! illi ex tuis piscibus glutinum fabricabunt, quod minus olet!
?!
isti rixandi cupidissimi in aere mihi piscari videntur!
hmm... ita...
potestisne mihi dicere, ubi sit Maiestix, princeps huius vici?
?
Maiestixne? is est, qui ipso tempore huc venit!
state! et quidem statim!
TSIIIII
credo me ruptum iri... ita est... credo me ruptum iri...
rumpor!!!



haec tristia mihi de vico nostro narranda erant, o Maiestix princeps. sola Panoramigis Druidae potio magica atque prudentia pugnatorum tuorum nos adiuvare poterunt.
age! age! prudentia pugnatorum meorum me ipsum incitet, ut prius nostras ipsorum res quam aliorum componam...
...at cum Romani se rebus alienis immiscere possint, non intellego, cur Ventilatorigem, commilitonem meum, non adiuvem!
duplicem gratiam tibi debeo, quod pace infecta numquam me Rosinam, vitam meam, in matrimonium ducturum sperare possum.
UL UL UL UL
?
UL UL UL UL UL UL
quidnam tibi est, Obelix?
snif! valde commoveor amoribus, qui tristem exitum habent! snif!
pfff!
at hi amores initium capiunt et Maiestige permittente Comigi in rebus vicanis explicandis aderimus!
ioo! bene, bene, bene! aderimus!
bau bau!
Romanis hoc tempore quiescentibus vos comitari audere possum. fortasse illi vico alta fossa diviso auxilio meo opus est!
paulo post...
utrum cantabit, annon? utrum cantabit, annon?


in castris Romanorum prope vicum alta fossa divisum sitis...
heus, Nonplusultra! offero tibi unum officium vestimenta lavandi pro duobus officiis stationis agendae!
deliras, annon? debes mihi iam tria officia olera deglubendi duoque officia latrinae purgandae!
conquisitores Ostienses nobis dixerunt: vobis pulcherrimae servae erunt provinciae pacatae...
Romae Caesar nobis dixit: spero vos totam provinciam a proditoribus purgaturos!
nos sibi omnium legionum carissimam fore...
...ut ultro nomina daremus stipendia faciendi causa...
attat! satis hoc cognitum est!
audi, decurio Honoriscausa, in hoc tentorio chaos horridum est cibusque ad vescendum non aptus!
praefectura rei frumentariae officii neglegens est, centurio Tulli Cumulonimbe! mihi ipsi caligae purgandae sunt. ceterum timeo rebellionem militum, qui servos postulent!
haec non mea, sed Caesaris culpa est, qui prohibuit, quominus inter pacem Romanam quisquam in servitutem redigeretur.
habeo, quomodo difficultates vestrae ad exitum adducantur!
?!
quisnam te castra intrare passus est, Galle?
statio vestra non vetuit, cum ei servum vicissim promitterem.
quisnam praeterea tu es, qui legionarios meos corrumpere audeas?
Acetosix vocor. Segregationix, princeps dextrae partis vici finitimi, me sibi habet ad manum dextram!
TOC TOC
videsne tu pedem meum sinistrum?...
Segregationix a te auxilium petit, ut seditionem a proditoribus Ventilatorige duce factam comprimat!
mea res non agitur, paries cum proximus ardet.*
abi!!!
*paene antiquum proverbium


rem diligentissime considera, centurio! Ventilatorige auxilio tuo victo virisque eius in servitutem redactis satis servorum tibi erunt, quos milites tui cupidissime appetunt!
et quid ad iussum Caesaris, Galle?
rem mente agita, Romane! alteri vicani una tecum pugnabunt, alteri servi tibi usui erunt!
me piget capitis piscarii tui! fac abeas aut durissimos castrorum labores te subire iubebo!
ROMAE SERVIRE— VOLUMUS! UT ANCILLAE SERVIRE— NOLUMUS!
LEGIO SERVORUM? GRATIA EST!
MILITES— NON SERVI— SUMUS!
AUT SERVOS AUT NIHIL!
?!
res in discrimine est, Cumulonimbe! haud inutile est, quod ille Gallus proposuit. denique Caesari laudandus eris, si legionem in ordinem redegeris!
dedo me totum! arcesse illum clupeam atque dic ei me consentire!
sta! castra relinquere tibi non licet, nisi prius alterum servum mihi promiseris!
mane, quaeso!
nuntia principi tuo nos ei adfore. det nobis tempus, ut militibus explicemus, qua de re agatur!
he! he! profecto furunculus furunculorum sum. sed hoc non omne est. pulcherrima Rosina in matrimonium ducta stultissimoque Ventilatorige e medio sublato egomet ipse solus vici princeps ero!
mirum! aer omnis clupeam redolet!
SNIF! SNIF!


aura pacis in vico tuo flare videtur, Comix!
utique aura tranquillior atque sincerior est quam in nostro!
ne vos fefelleritis! sub tectis casarum Vulcanus latet, qui omni tempore minima causa erumpere potest.
???
PRRRRRR!
TOC TOC TOC
non dubitabam, quin Maiestigi, amico meo, confidere possem. potio magica Segregationigem, illum rabiosum canem, catenis vinciet!
haec ipsa res est maximi momenti, Ventilatorix...
...potio magica vobis non tribuetur, nisi auxilio eius Romanos oppugnabitis. numquam ea abutendum est in nostratibus opprimendis!
at quid faciendumst, si Segregationix virique eius una cum Romanis aggredientur?
age! age! res in eum locum noniam deducta est, ut Romani adven...
Romani adveniunt! Romani adveniunt!


Romani ante portas! iam dotem Rosinae para, Segregatio-nix!
bene! fac omnes viros convoces! Romanis obviam eamus eosque salvere iubeamus!
atque dic nostris, ut arma in armariis relinquant! demonstran-dumst nos bono animo venire!
equidem primum ser-vum emptum eo! valde commotus sum!
ioo! nunc tan-dem officia servilia nobis noniam servan-da sunt tibique tria officia stationis agen-dae reddo, quae mecum mutasti pro uno officio oleris deglubendi!
licetne, Asterix?
mane paulisper, Obelix!
nonne intellegis, o Druida, quantopere potione magica egeamus?
tempus noniam est potionis miscen-dae!
pergratus mihi venis, Romane! quod nos adiuvare vis, maximas tibi gratias ag...
desine fabulari! ubi servi sunt?
servine? qui servi?
quos sodalis tuus capite clupeae ornatus nobis promisit.
irritum est!
equidem princeps totius vici fiam sine condicionibus atque sine servis!
legio Romana neque frustra neque gratis cietur! prendite hos fures inque servitutem redigite!
ei! Segregationix, ille truncus, om-nia corrupit!



cognosce, pater, Segregationigem se verum sincerumque principem praestitisse!
concedendumst tali condicione proposita quandam dignitatem ei non defuisse.
nunc autem licet, Asterix!
noniam licet, Obelix! periculosius esse potest Segregationigi virisque eius!
paulo post...
bono sis animo, Rosina! si pater meus consentit, Romanis superatis convicanos in libertatem vindicabimus!
aliquid faciendumst, Comix!
SNIF!
PFF!
libentissime consentio! Segregationix inimicus meus esse non desinit, sed sacrificium ei in suffragio usui fore nolo!
manete! melius consilium mihi in animo est!
hoc loco Romanis ignoti sumus. Panoramix et Obelix et egomet ipse Romanos adibimus. quibus servos quaerentibus serviemus, dum captivos liberemus!
optime consulis, Asterix!
ioo! ita est! ita, ita, ita! tandem Romanos apud amicos gustare potero!
TAP
TAP
TAP
Romanos pro ientaculo sumam! foras melius cenatur quam domi.


in castris Romanorum...
numquam servi tui erimus, Romane!
scisne tu, quid post tumultum servilem accidat? diligenter delibera, si te leonibus victum praebere velis!
vincite eos catenis!
tua tria officia stationis agendae recipio pro meo officio oleris deglubendi. consentisne?
est enim nunc maioris pretii! stat quattuor officiis stationis agendae!
interea...
salvi sitis, amici!
noli curare, Rosina! Panoramigis sapientia, Obeligis robore, Idefigis sagacitate prudentiaque mea patrem tuum brevi reducemus!
confidentia sociorum Segregationigis suspecta est. utique eos persequar!
mirum est! ex quo tempore profecti sumus, Idefix odorari perseverat.
attat! aprum odorari videtur!
SNIF! SNIF! SNIF!
si recte iudicas, apri huius regionis clupeam redolent!
SNIF! SNIF!
age, memoria tene, Obelix: servi sumus, itaque noli rixari cum Romanis!
sed dic mihi, Asterix...
...etiamne inter canes servi reperiuntur?




state!
unde estis et quid vultis?
servi Gallici sumus atque legioni Romanae servire volumus!
bene contingit! hoc ipso tempore novos, sed ad serviendum noniam paratos servos accepimus.
heus, crasse! tu mihi servies!
TAX
ut servus sim, tamen nullo modo crassus!
TAP TAP TAP
TAP TAP TAP
bene, Obelix! quomodo nunc nos bono consilio venisse Romani credent?
equidem curabo, ut credant!
haeç laguncula mixtum a me compositum continet, cuius paucae guttae huic Romano vitam iliço reddent!
ne meminisse quidem poterit, quae res gestae sint!
state!
unde estis et quid vultis?
servi Gallici sumus atque legioni Romanae servire volumus!
iam notum est!
prodigium est! isti Galli prodigiosi sunt atque mecum considero, quid mali Romanis praeparent...


heus, cra...
noli!
valde dolet! servi optimae qualitatis sumus tantum altioribus gradibus apti!
?!?
qui providere poterat, quae dicturus essem?
Druida lagunculam secum ferre oblitus est! fortasse mihi usui erit...
semper idem! nobis gregariis non licet...
BANG
nunc clam observandumst, quae illi Galli facturi sint. magis magisque animum meum movent.
hoc ipso tempore tres viri Gallici advenerunt, qui servi tui esse volunt, Cumulonimbe!
?!?! revera hos Gallos numquam perspiciam!
vir Romane! una cum meis administris tibi artem meam coquendi offero. neque cibus neque potio est, quae tibi parare non possim. tu regere imperio coquos, Romane, memento! ad coquendum paratus sum.



dei te nobis miserunt, vir Gallice! tua coquendi scientia me a pastu castrensi liberabit!
etiam toti centuriae cenam parare possumus. cibus iucundi saporis et uni et centum hominibus sufficit.
primum ferculum tibi propono sorbitionem, cuius praeceptum mihi soli notum est, secundum asteriscos atque obeliscos more Celtico coctos cum buccis rebus inopinatis fartis, tertium biles meracas cum iure castrensi, quartum farcimina tumentia atque colaph- eh colefia, pro mensa secunda cruscula- eh crustula Romana cum vino violato. hi cibi facillime celerrimeque tibi parabuntur!
valde mihi haec omnia placent. edendi cupiditatem mihi excitavisti!
brevissimo tempore delectabimini!
CLIC
quid si nonnulli apri assi apponerentur?
?!? age! bene! ceterum fac ligna findas, ut ignem faciamus!
nil intellegit! cena eius apris indiget!
!
TAC
TAC
TAC
TAC
mirum! numquam quemquam hoc modo ligna findere vidi!
oh, nihil est! etiam totas arbores hoc modo findere possum, sed Idefix non patitur arbores tangi.
paulo post...
brevi cena parata est!
inquietus sum, centurio! unus e cognatis meis, qui in Aremorica stipendia meretur, mihi de Druida quodam prodigioso narravit. non mirarer, si...
recte miraris, Honoriscausa! cavendumst!
visne gustare mihique dicere, num sorbitio bene sapiat, centurio?
mane paulisper, Galle! unde scio te non omnibus meis venenum paraturum captivos liberandi causa?
legitime diffidis. itaque nosmet ipsi sorbitionem gustabimus, ut videas nos bono consilio esse!
atque ut pro certo scias, etiam captivi haurient!


GLUT! GLUT!
GLUT! GLUT! GLUT!
nullo modo, Obelix, nullo modo!
cur autem iste non bibat?
ita! cur ego non bibam?
quia infans in aenum incidit et quia... et quia...
...et quia ei diaeta servanda est animi stabilitatis causa! haec est causa!
ne timueris! hic sumus, ut vos liberemus. haec potio vobis vim tribuet catenas effrigendi! attendite animos ad signa nostra!
?!
paulo post...
nonne tu vides, Romane?! sine causa diffisus es!
cum sorbitio nos defecit, nunc ferculum secundum apponendum est...
!!! asterisci!
TAX
atque obelisci! teneo!!!
et nos tenemus! instemus!
RACC


numquam me ita valuisse credo!
revera vires plus quam humanas tribuit potio mea!
maximo gaudio me afficit cena Panoramigis, Asterix!
paulum cibi etiam aliis relinque, helluo!
GRRRR!
sine dubio ventres Romani cenam Panoramigis vix concoquere possunt!
in perpetuum abhorreo a culina Gallica!
ego noniam gustavi condimenta Gallica!
nisi taces, asine, tertium ferculum apponent!
nescio, quis sis, sed gratias ago pro mirabili tuo auxilio!
Panoramix vocor! ecce Asterix, Obelix Idefixque! Ventilatorix nos misit!
qui Romanos cum viris suis aggredi voluit. nos autem nostra ratione uti maluimus.
ille furcifer aliquid boni habet!
nunc tandem in vicum revertamur! ut pauca cum illo improbissimo Acetosige colloquar, restat.
ei mihi! me aliquamdiu ex oculis elabi praestat!


?!?
...
state!
servis exire non licet!
patere nos exire, quia servi noniam sumus. immo liberi cives Gallici rediimus!
me ludibrio non habebitis! latebra vestra crassior est!
me patiaris, Asterix!
non sum crassior!
TAX
tantum solido corpore sum, quod ille mihi invidet!
age, latebra! veni et desine stomachari!
dic mihi, o Druida: nonne periculosum erat Romanis optionem dare, utrum potionem biberent annon?
ita! sed hoc periculum subeundum erat. confidentiam collocavi in diffidentia Romanorum, Asterix!
o pater!
Rosina, mea filia!


omnia haec acciderunt illius improbissimi Acetosigis causa!
verum est! unde est ille fur?
postquam discessistis, nusquam videbatur!
malum! libentissime eum branchiis prehendere volo.
mihi valde displicet Acetosigem evanuisse!
recte dicis! cavere pergendumst!
controversia, quae nos dividit, nondum composita est, usurpator senilis!
tecum consentio, sed nunc quidem rite contendendumst, homo novissime!
bene est! at nunc vicum vestrum inaedificate! Romani reverti possunt!
ceterum potionem magicam parabo, quae adhibenda non est nisi ad Romanos affligendos.
sed Romani se hoc tempore non recreaverunt e calamitate sua. interea...
cum totus vicus mihi inimicus sit, Romani mihi usui erunt, ut me ulciscar...
...atque paucae guttae in vinum centurionis stillatae me in hac re adiuvabunt!
in ordines eundumst!


bene! obliviscamur, quae accidерint. confusionem ordinate atque parate vespernam!* secedite!!!
*epulae verspertinae apud Romanos
cur VESPERNAM dixit?
est Latinitas culinam redolens, trunce!
haustus huius vini mihi usui erit, ut ulcerum et doloris obliviscar!
GLUT GLUT GLUT
aaaaaah! me deum esse puto, per Iovem!
?! quisnam tu es et quis te castra intrare passus est, Galle?
bene contigit!
venio, ut te praemoneam, centurio! Galli, qui vicum finitimum incolunt, pacem Romanam ruperunt! milites tuos verberaverunt atque castra vastaverunt.
esne mente captus?!? cognovissem, si verba tua vera essent!
viri vespernam parare nolunt, Cumulonimbe, omnesque aegrotare volunt!
VALETUDINARIUM
!


signum da, ut omnes assistant! ad pugnandum parati!!!
TARATANTARA!
exemplum statuendum est in eos, qui pacem Romanam rumpe-re ausi sunt!
TANTARA
TAX
?!?
MILITES IN CULINA-GLADIUS IN VAGINA!
SI VIS PACEM EVITA BELLUM!
CAROTAS DEGLUBERE? GRATIA EST!
scio, quomodo omnia in ordinem redacturus sis. amphoram vini plenam apportari iube! quod te non paenitebit!
?!?
assistite vini distribuendi causa!
ne urseritis! omnes accipiunt!
me deum esse puto, per Iovem!
etiam me! at quis tu, mi domine?



paulo post...
nondum quidem scio, quis sis, Galle, tamen tibi gratiam referam pro officiis tuis!
de gratia tua loquemur, ubi vicum cum omnibus incolis solo aequaveris!
sed cavendumst! habent Druidam, cui est secretum potionis, qua quilibet invictus fit!
inquietus sum, centurio! unus ex cognatis meis, qui in Aremorica stipendia meretur, mihi de Druida quodam prodigioso narravit. non mirarer, si...
recte miraris, Honoriscausa! cavendumst!
hoc ipso tempore in vico Gallorum...
potio magica paratast! quod Romani reverti possunt, in loco tuto atque neutrius partis collocandast!
casam Quasimodogeniti commendo, quae in medio vico sit!
consentio, praesertim cum ille idiota numquam constituerit, utram partem sequeretur!
nonne tibi umquam in animo erat, ut casam tuam ponte coniungeres?
haec nos nunciam curabimus!
etiam paulo post...
praecavendi causa hac nocte aenum custodiam!
in hac re accipe hanc lagunculam potionis magicae plenam, Asterix! nescis, num quamvis aeno assidens tibi opus sit!




hac nocte in ora silvae oppido Gallorum finitimae...
timeo Druidam arma secreta ferentem. itaque ante impetum rem me explorare praestat.
ne vos loco moveritis, antequam revertero!
esto! sed properandumst. cupiditate contumeliam nostram ulciscendi inflammatus sum!
inferi me adiuvant! ille Solarplexus vigilias agit, quod faustum omen est!
sta! quis es?
ego Acetosix sum!
quod odore mihi cognoscendum erat! quid autem hic quaeris, furcifer?
velim Segregationix mihi ignoscat!
tibi intrare licet, at si tu essem, Segregationigem non adirem!
quid timetis, quod vicum noctu custoditis?
reditum Romanorum! sed bene nobis accidit, quod Druida potionem miscuit, quae in casa Quasimodogeniti collocata est.
hihi!
revera numquam antea in casa stellas micare vidi!
BONG!



certe hoc haustu mihi opus erit!
o miserum Acetosigem, cui suas quisque fores obiciet!
CRACCC
AD ARMAAA!
da ei illam, quam Romano iniecisti, mixturam!
vae mihi, probe Obelix! me laguncuIam apud illum Romanum reliquisse puto!
tamen mixtura Asterigi inicienda non est, cum ei, qui mixtura sumpta potionem magicam bibit, res mirae accidant!
sed Asterix mixtura deis gratia non eget.
nunc revera caelum in caput meum cecidisse puto!
nobis omnibus caelum in caput cecidit, Asterix! Acetosix aenum potionis magicae furto abegit. mihi persuasum est eum potionem Romanis distributurum!
si opus est, etiam potione carentes nos armis defendemus!
haec verba digna sunt filio principis!
bae!


tandem luce appropinquante revenis, Galle! te nos prodidisse suspicati sumus!
mene vos prodidisse? videte, quid afferam!
potionem, quae quemlibet invictum reddit!
tune pro certo habes?
en aspice!
CRAAAC
! ! ! ! ! !
clac clac clac clac clac clac clac clac clac clacc
bene, bene satis iam est! potius incipite potionem distribuere, priusquam vicani remedio quodam utantur!
et paulo post...
actum est! ad unum omnes potaverunt. tune nobiscum pugnabis?
eh, nolo! me non videri melius est! est mihi quidem principium universale, tenesne?
porro, viri!
fortasse mihi tempus est potionem par...
Romani adveniunt!
ut vicum servemus, Romanis obviam eundumst defendendi causa!


nos maximo gaudio affectum iri credo, Asterix!
Romani potione sumpta non ita eleganter tractandi erunt, Obelix!
bono animo es, Asterix! me Romanos elegantissime tractaturum tibi promitto!
aciem instruite!
haec potio mihi aerophagiam affert, per Iovem!
at!... at! at!??
?
proditi sumus!
Galli nobis pro pilis utentur!
ecce, Panoramix! Romani globosi sunt!
he! he! quod non miror, quia sequitur ex potione magica post mixturam sumpta! recte Obelix dixit nos maximo gaudio affectum iri!
provolvor!
succurrite!
GONG
aera mihi detrahite!
GONG
GONG
GONG
GONG
GONG
GONG
GONG
instemus!


VAM
34A
BONG!
at delirant isti Romani! non in arena sumus!
interea...
34B


BONG
GONG
VAP
tandem formam consuetam recepimus!
denuo arma capite aciemque instruite!
nova atque inusitata specie naturae commoveor, o Cumulonimbe!
me quidem commovet, quod hostes nusquam videre possum!
tamen assumus, Romani!
?!?
HAAAAAAAA!



gigantes!!! gigantes Gallici sunt!!!
immo vos minores fiebatis. haec res vos moneat, ne potionem magicam bibatis, nisi prius Druidam consuluistis!
nil estis nisi caterva sufflatorum!
misereminil! depellite hanc portentosam formidinem!
brevi formam assuetam recipietis, si iure iurando affirmaveritis vos numquam iam vicanos lacessituros!
in pulverem me mutate, si lacessam!
abite in castra neque ausi sitis in perpetuum huc reverti!
abstrahite vos, priusquam Idefix vos arroserit!
GRRRRRRRR!
HA HA!
HA HAHA!
HA HAHA!
BAU! BAU!


laudo te, Obelix! quod custodem Romanum afflixisti, processum effecisti, qui hostem perderet.
egon...
pau... paucis te volo, Segregationix! pace nunc confirmata te... te interrogare velim...
mane, mane, puer! ne oblitus sis contentionis inter patrem tuum atque me ipsum nondum compositae, quam...
Segregationix! Segregationix!
?!
Acetosix Rosinam vi abduxit atque hanc membranam tibi reliquit!
ille improbissimus proditor!
SI VIS ROSINAM RECUPERARE, DEPONE CENTUM AUREOS AD CIPPUM PROPE FONTEM SITUM ANTE SOLIS OCCASUM
ACETOSIX
ille fur! bestia immanis! quomodo centum aureos* conficiam ante solis occasum?
statim proficiscor, ut Acetosigem quaeram, atque iure iurando affirmo me Rosinam reducturum!
*nummi Romani ex auro excussi
Obelix et ego ipse te comitabuntur!...
...et Idefix! ecce! iam vestigia indagavit nosque ad rivum ducit!
SNIFF! SNIFF!
revera...
he! he! excursionem amoeniorem tecum facere volui, sed tantum hac via dotem tuam accipere possum, carissima Rosina!
?


nonne vides, puer, quae ex hoc flumine trahi possint? praeterea timendum non est, ne Gallis occurramus!
ad augusta, per angusta!
aliquid honestum tibi propono, pirata!
cum Segregationigi principi filiam a me abductam reddidero, quinquaginta aureos accipiam. te puellam custodiente ego pecuniam acceptum ibo, quam inter nos dividere possimus. consentisne?
he! he! cur autem non?
revera cum ista clupea dividere vis?
quidnam garris? ubi cum pecunia reverterit, puellam cum raptore patri offeram pro maiore pecunia! ngngrrrrrrrgnr!
mihi persuasum est Acetosigem secundo flumine vehi, quo celerior sit.
sume paulum potionis! illum furem adhuc vires ex potione hausta trahere pro certo habeo.
ecce navem!
at nobis bene noti illi praedones sunt. eos Rosinam secum ducere puto.
ECCE GAGA...
ECCE GAGA...
qui Gaga? qui Gaga?
ECCE GAGA...


nil iam tibi timendumst, Rosina!
tibi ultimam occasionem te defendendi do!
CRACC
RACC
at... at navem meam delent et mergunt!!
hoc pretio vinces!
39A
et paulo post...
potio mihi vim noniam tribuit. num virum inermem tangis?
PAFF
craa! ecce exocoetidam!
vau! nunc formidine perfuncti nihil iam audire volo neque de Gallis neque de servis!
CRAAAC
VAP
?
te excepto, per omnes deos Olympicos, qui mihi munere fungeris, quod effugere numquam poteris!
39B


interea...
facto nauf'agio in undis et ma'itimis et fluvialibus nunc in te''am 'edeundumst!
una salus victis, nullam sperare salutem!
celerrime Segregationigi bonum nuntium afferamus!
decet hisce tristibus horis oblivisci, quae facta sint. tui me miseret, Segregationix!
Rosinam reducunt!
Comix se profecto filium principis praestabat, mi pater!
Comigi gratias ago, quod honeste se gessit, sed paulum exaggeras!
40A
nullo modo exaggerat. nam Comix filius principis est!
cuius principis? egomet verus princeps sum, usurpator!
oh! satis nunc est! si vos verberare vultis, verberate! inter vos solos!
?!
?!
recte dicit Rosina. si opus est, vos vicissim verberate, sed loco a vico remoto, quia vicanos querelarum vestrarum taedet!
et paulo post...
nudis pugnis inque campo aperto tibi demonstrabo, quis verus princeps sit, senex imbecillis!
verba tua brevi redarguam, trunce debilis!
40B



arbitro neutri favente nobis opus est! me ipsum propono ad eos asservandos.
legitime certare possunt usque ad solem orientem. victus est, qui afflictus humi iacet numero centum vocato. porro, incipite! melior vincat!
TUX
TAX
sestertios V pono in Ventilatorige!
sestertios X pono in Segregationige!
sestertios XV pono in Ventilatorige!
vesperi plurimi spectatores spectando fatigati arenam relinquunt...
leges eiusmodi certaminis exquirendae sunt!
TAX
sero est. dormitum eo, Asterix.
vaaaa! et nos imus! eiusmodi certamina sine Romanis et apris commissa neque Idefigem neque me ipsum delectant!
BSSSSSS!
etiam Asterix somno oppressus est. ita ambo principes soli in lumine lunae certare perseverant...
TUX TAX
BSSSSS!
et sole oriente...
cucurucuuu!
?!?
CHRRRRR!
BSSSSSS!


vicani! iudicatum est! neque victor neque victus est!
sed Comix vobis fortis atque iuvenis princeps, Rosina pulchra et prudens uxor principis erit!
IOOOOO!
VIVAT COMIX! VIVAT ROSINA!
?!?
bene! si rem perspexi, nos missos fecerunt.
rem acu tetigisti!
reconciliati sub imperio Comigis, novi principis, partem propinqui fluminis in altam fossam flexerunt, quae nunc inutilis est. neque dextra neque sinistra ripa est et inter utramque ripam aqua fluit...
PONS CONCORDIAE
liberi in perpetuum fructus impuniti carpere possunt...
veto! haec arbor mea est!!!
SCROCC!



aditus vici novum ingeniosumque usum praebent: primae antiquitatis viae factae sunt unius modo directionis...
...et casa Quasimodogeniti tandem coniuncta est quamvis parvis erroribus instructa.
SPLASS
scisne tu, quid illi turpissimo Acetosigi acciderit?
nescio quidem! pro certo habeo eum aliquid novi concoquere.
revera in Romanorum castris...
age, serve, suntne olera iam parata?
atque vestimenta lavata? neque oblitus sis ea postea leviganda esse!
nuptiae Comigis Rosinaeque omnibus valde gaudentibus, edentibus, bibentibus celebratae sunt.
SCROCC!
SCROCC!
SCRUNC!
SCRUNC!
denique hora discedendi adest...
quomodo umquam debitam gratiam vobis referamus?
nobis satis est, si beati estis!
pffff!



PRINTED IN BELGIUM BY proost INTERNATIONAL BOOK PRODUCTION


RAX!
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!



ISBN 3-7704-0058-5
9 783770 400584
DM 24,80, ab 1.1.2002 EUR [D] 12,70